E. 6. 9bris 1627 cle

Sacra Regia Maiestas Domine ac Patrone mihi clemen.mo

357

Il qd Post humillimam seruitiorum et obsequiorum meorum Sacre Regie Maiestati Vestre commendationem

Vacauerat superioribus diebus Mutinensis Episcopatus pluribus nominibus insignis Hanc singulari benignitatis, et Clementie modo Sanctissimus Dominus noster mihi inter multos alios eleantos conferre dignatus est Sacre Regie M.tis Vestre commendationibus quarum non dubito memorem fuisse Sanctitatem suam acceptum refero et deuinctissimo humillime gratitudinis animo ueneror et Colo Putaui a me certiorem esse reddendam Sacram Regiam M.tem Vestram ut quante apud Beatitudinem suam et Ill.mum Cardinalem Barberinum fuerint auctoritatis Sacre Regie M.tis Vestre officia intelligat, et quod ipsam humillime rogatam uelim ad reddendas Sanctissimo et Ill.mo Cardinali suis regijs litteris gratias quas ego nullis assequi posse obsequijs agnosco Eo iam aliquantulum aptior seruitijs Sacre Regie M.tis Vestre Vtinam rebus ea que studet animus, et debet affectus obsequia aliquando prestare possem apparerem profecto mea in ipsam fidelitatis studium ardens constans humille, et perpetuum Hac interim Sacre Regie M.tis Vae dum cetera det Deus qui quotidie in mea Ecclesia cum primum ingrediar possessionem serio rogabitur ut Sacram Regiam M.tem Vestram diutissime seruet incolumem a pessimis hostibus tutam pace quietq. florentem Romae die Sexta Nouembris 1627

Sacre Regie Maiestatis Vre

Humillimus et fidelissimus Seruitor
Alexander Rang

360

Nov. 1737 Recd. Nov. 7.